



SUPREMO TRIBUNALE
DELLA
SEGNATURA APOSTOLICA

PALAZZO DELLA CANCELLERIA
00120 CITTÀ DEL VATICANO

Prot. n. 4461/19 SAT

Ad exsecutionem decreti hodierna die lati quoad causas apud Tribunal
Appellationis apud Vicariatum Urbis die 1 septembris 2019 pendentes,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Viso art. 22 Normarum pro Tribunalibus interdioecesanis vel regionalibus
aut interregionalibus ab hac Signatura Apostolica die 28 decembris 1970 latarum
(AAS 63 [1971] 492);

Audito Rev.mo Promotore Iustitiae,

decrevit:

- 1°. Causas nullitatis matrimonii in primo iudicii gradu negative dimissas et omnes causas contentiosas et poenales, si dubia nondum fuerint ad normam iuris concordata, deferendas esse ad Rotae Romanae Tribunal;**
- 2°. Causas nullitatis matrimonii in primo iudicii gradu affirmative dimissas, si acta nondum tradita fuerint defensori vinculi ad normam can. 1680, § 2 designato, deferendas esse ad Rotae Romanae Tribunal;**
- 3°. Accedente consensu utriusque partis et defensoris vinculi vel promotoris iustitiae, in causa intervenientis, causas omnes, quae post dubium concordatum vel acta defensori vinculi tradita nondum in causa conclusae sint, deferendas esse ad Rotae Romanae Tribunal;**
- 4°. Post conclusum in causa, sententiam definitivam proferri debere a Tribunali Appellationis apud Vicariatum Urbis.**

Si qua dubia Tribunal Appellationis apud Vicariatum Urbis quoad harum
Normarum applicationem habeat, res ad hanc Signaturam Apostolicam deferatur.

Et notificetur

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die
6 iunii 2019.

+ *Ios. Sciacca*

+ Iosephus SCIACCA
Secretarius

Marius Leite de Oliveira

Marius Leite de Oliveira
vices/Praepositi Cancellariae gerens